

## DISSERTATIO III.

DE TENTATIONE DEI, DE SACRILEGIO, ET  
BLASPHEMIA.

## CAPUT I.

Quid sit tentatio Dei.

**T**entationis Dei hanc prodant definitionem Theologi: *Est probatio, seu experimentum inordinatum alicuius divinae perfectionis verbis, vel factis.* Illa pericula inordinatum dicitur tentationem licitam ab illicita. Nam si hoc experimentum, seu probatio fit inordinata, nempe absque necessitate, illicita est, atque irreverentiam adversus Deum continet; licita vero est, si fit ordinata. Ordinata prope reputatur, iuxta rigentem causam; aut si fiat ex divino instinctu in honorem; & utilitatem Ecclesiae. Haec ratio Abraham, Gedeon, Elias, alique plures Israelitae Deum tentaverunt. D. Th. 2. quæst. xcii. art. 1. describit tentationem absolute acceptam his verbis. *Tentare est proprie experimentum sumere de eo qui tentatur.* Sumitur autem experimentum de aliquo & verbis, & factis: verbis quidem, ut experiamur, an sciat quod querimus, vel an possit, aut velit illud implere; factis autem, cum per ea que facimus, exponamus alicuius prudentiam, vel voluntatem, vel potestatem. Utrumque autem horum contingit dupliciter. Unum quidem modo aperit; sicut cum quosdam tentationem se profertur, sicut Sampson Iudic. xv. proposuit Philistæis problema ad eos tentandum. Alio vero modo insiditose & occulte; sicut Pharisæi tentaverunt Christum, ut legitur Matth. xxii. Additur in definitione, alicuius divine perfectionis: quia, dum Deus tentatur, semper tentatur, ut exerceat aliquod suum attributum, aut misericordiam, aut iustitiam, aut omnipotentiam, cuius egent homines qui volunt experiri aliquid ex his divinis attributis. Idque fit verbis, aut factis.

II. Ex D. Thom. doctrina colligitur, duplicem esse hanc tentationem, expressam, & tacitam, seu interpretativam. Illa explicitè intendit probare aliquid ex Dei attributis; ut dum quis ea intentione se precipitem & fenestra agit, ut experiat, an Deus velit illum liberare, & præservare ne lædatur. Haec vero licet manifeste non intendat experimen-

tum sumere de aliquo Dei attributo, ita tamen operatur, ut reapse Deum tentet. Idem dicendum de eo qui evidenti periculo se absque necessitate exponit, sperans se a Deo liberandum fore. Hinc concludit Angelicus: *Quando ergo propter aliquam necessitatem, seu utilitatem committit se alicuius divino auxilio in suis petitionibus, vel factis, hoc non est Deum tentare.* Dicitur enim in II. Paralipom. xxx. *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros dirigamus ad te. Quando vero hoc agitur absque utilitate, & necessitate, hoc est interpretative tentare Deum.* Loc. cit. Qui ergo se committit absque necessitate evidenti gravi periculo, ut experiat, si Deus velit illum præservare, peccat tunc contra caritatem erga seipsum, tum contra religionem, Deum tentando. Si vero absque eiusmodi spe se periculo propria vite committit, peccat contra caritatem, secus adversus religionem, quia tunc nullo modo Deum tentat. Hæc est communis Theologorum doctrina.

III. Hæc Dei tentatio genere suo peccatum grave est. Si proficiscatur ex dubitatione, adiunctam habet hæresis malitiam. Dubitare enim de aliquo Dei attributo hæresis est. Si absque dubitatione fiat, etiam grave crimen est. Homo quippe tentator vellet obligare Deum ad aliquid agendum ab finem vanum, vel ut indulgeret curiositati tentatoris: quæ omnia dedecent divinam maiestatem.

IV. Quæst. I. *Sit ne levis culpa tentare Deum, cum materia levis est?* Resp. Omnia ea que natura sua sunt moralia, fieri venialia possunt ex imperfecta consensu deliberatione. Difficilis est, nam veniale tentationis crimen fit, cum deliberatio est plena, fed materia super qua Deus tentatur, levis est: ut si in levi morbo respus medicinam, sperans te a Deo liberatum iri; si animo distracto ores, confidens nihilominus te obtenturum a Deo que petis. Adfirmant plures, levem tantum tunc committi culpam: quia, inquit, in similibus casibus non videtur gravius ordinis perverio, nec divine maiestatis læsio. Verum probabilius sententia est, gravem semper esse culpam, quoties Deus deliberato animo tentatur: quoniam gravitatis cul-

culpe mensura est iniuria quæ divine maiestati irrogatur. Porro, si leve fit medium quo Deus tentatur, semper læditur divina maiestas; quin eo gravius videtur lædi, quo levior est exempli gratia infirmitas, a qua ut libereris, spreto remedii naturalibus, potius a Deo miraculum sanitatis. Clarus hæc exponamus. Tu laboras levi morbo: reicis omne naturale remedium, & a Deo potius ut sanitatem tibi restituat. Vis ergo Deum miraculum patrare, ut tunc indulgeat curiositati, & ut levem morbum a te expellat? Quis autem non videat tunc te gravius tentare Deum quam si poteres ab eodem ut a mortali infirmitate te curaret? In hæc siquidem hypothese contendis Deum in rebus levissimis suam omnipotentiam exercere ad parvula opera miraculosa. Sive ergo levis, si ve gravis fit egellas, pro qua si sine ulla necessitate pollulas ut Deus miraculum operetur, quo ea auferat quo nullo negotio medis a natura exhibitis auferri possent; graviter Deum tentas, graviterque delinquis. Hanc sententiam defendunt Suarez Tom. I. de Relig. tract. lxxi. Lib. I. cap. 11. n. 16. Sanchez Lib. II. cap. xxxiv. num. 5. Salm. tract. xxi. cap. xii. punct. 1. num. 4. & alii plures. Vix tamen in praxi hæc formalis tentatio occurrit. Quis enim, nihilfultus, ideo respere consueta remedia velit, ut Deus miraculum operetur? Sed in praxi plures spernunt medicinarum usum potissimum in levioribus morbis, confidentes in divino medico, qui potens est, si velit, eisdem sanare. Non contentum Deum miracula patrare, sed denotum animo sperant fore ut Deus id fit dispositurus quod in sui maiorem gloriam cedet.

V. Quæst. II. *Utrum tentet Deum ille qui probatione ferri candentis, aut aque ferventis suam innocentiam manifestare contendit?* R. Ait communis sententia: quia suppetunt media naturalia, quibus veritas manifestari possit, nempe testium probatio, aut spontanea confessio. Audiamus D. Th. huic questioni sic respondentem 2. 2. quæst. xcv. art. 8. ad 3. *Iudicium ferri candentis, vel aque ferventis ordinatur quidem ad alicuius peccati oculi inquisitionem per aliquod quod ab homine fit; & in hoc convenit cum sortibus. In quantum tamen expectatur aliquis effectus miraculosus a Deo, excedit communem sortium rationem.* Unde huiusmodi iudicium illicitum redditur: tum quia ordinatur ad iudicanda occulta, que drecto iudicio reservantur: tum etiam quia huiusmodi iudicium non est divina auctoritate sancitum. Unde 11. quæst. v. in Decreto Stephani Papa V. dicitur: *Ferri candentis, vel aque ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, sacri non censetur Canon: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinvencionem non est presumendum: spontanea enim confessio, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, concessa sunt nostro regimini iudicanda; occultæ vero, & incognita illi sunt relinquenda qui sola novit condæ aliorum hominum.* Et eadem ratio videtur esse de lege duellorum; nisi quod plus accedit ad communem rationem sortium, in quantum non expectatur ibi miraculosus effectus; nisi forte quando pugiles sunt valde impares virtute, vel arte. Hæc omnia peripicua sunt: nec obstant exempla que adduci solent: videlicet quod Deus Num. v. præscripserit, mulierem adulteram amaris aquis probandam; & quod cap. Sape 1. quæst. v. statuatur, dandam Monacho furti suspecto eucharistiam, ut eius sumptione purgetur. Nam ad primum exemplum patet responsio, licitum tum fuisse mulieris adulteræ probationem, quia Deus sic præscripsit: quod præceptum ceremoniale cum fuerit, antiquatum est. Ad alteram autem præteritæ respondet D. Th. III. part. c. lxxx. art. 6. ad 3. *quod decreta illa sunt abrogata per contraria documenta Romanorum Pontificum.* Dicit enim Stephanus Papa: *Ferri candentis &c.* Et idem habetur extra de purificationibus cap. Ex tuatum. In omnibus enim talibus esse videtur Dei tentatio. Unde sine peccato ferri non possunt. Et gratius videretur, si in hoc sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incideret iudicium mortis. Unde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem. Quod si aliquando miracula in his probationibus vixi sunt, ea Deus paravit in defensionem innocentie accusati, permisso tentationis peccato in illis hominibus.

VI. Quæst. III. *Tentat ne Deum ille qui, ut hæreticum convertat, miracula a Deo petenda in confirmationem veritatis catholice offerit?* Resp. Afferit communis sententia, quia absque necessitate hæc pollutantur miracula. Pervia enim sunt argumenta splendidissima, quibus veritas religionis catholice ostendatur. Accedit quod ut plurimum iniuriosum fit hæc miraculorum petitio. Quot miraculorum miriades non paravit Deus in Martyrum occisionibus, quin tamen ea intuentes tyranni ad veram religionem converterentur? Iudei propriis oculis spectarunt quatuor-

dunum Lazarum a Christo resuscitatum, & cum eodem ad mensam sederunt; nec propterea Christi fidem amplexati sunt. Quod si sancti viri hæc miracula interdum hæreticis exhibere, id ex peculiari divino influxu fecerunt. Nihil tamen vetat quod, adhibitis mediis consuetis, aliquando etiam miracula a Deo polcantur, debita nimirum humilitate, & labectione, adiectione conditione, si in Dei gloriam id cedere debeat, Deoque placeat.

VII. Disputant in utramque partem Theologi, sint ne duo distincta peccata, tentatio Dei expressa, & tacita. Adfirmat Suarez Tom. 1. de Relig. tract. 111. Lib. 1. cap. 111. num. 6. cum aliis: quia tentatio explicita proficitur a causa speciei diversa ab ea a qua oritur tentatio implicita. Siquidem illa a dubitatione de aliquo attributo divino ortum dicit, secus illa. Si verum esset quod contineretur dubium de aliquo divino attributo in explicita Dei tentatione, dubio procul speciei differret ab interpretativa: quia tunc peccatum esset insuper contra fidem. Ceterum non ita videtur contineri tentationi Dei dubitatio de divino aliquo attributo, ut negari tentari Deum, quin simul de illius omnipotentia, iustitia &c. dubitetur. Et idem contraria sententia docet, quod, si sermo sit de sola Dei tentatione explicita, specie non differat ab interpretativa, sed quod solum addat maiorem gravitatem malitie: quia professio explicita non differat ad implicita. Contendunt Salmant. tract. xxi. cap. xii. punct. 1. hæc sententiam confirmare auctoritate D. Th. 2. 2. quæst. xcv. art. 3. ad 1. ubi volunt Angelicum docere pactum cum demone explicatum non differre ab implicito. Verum ibi D. Th. oppositum potius docet. En illius verba. *Dicendum, quod in omnibus prædictis est eadem generalis ratio peccati, sed non eadem specialis. Multo enim gravior est demones invocare quam aliqua facere, quibus dignum sit ut se demones ingerant.* Ex hæc doctrina habetur, tentationem expressam, & tacitam, ut pactum explicatum, & implicitum, in generali ratione convenire, secus in specialibus. Quod porro hæc specialis ratio diversitatem prædat, videtur factis contentantem ceteris verbis, quibus additur multo gravior esse pactum expressum. Quare nobis non probatur quod laudati Auctores concludunt, nempe satis esse in confessione exprimeret, Commisit peccatum tentationis Dei; quin indicetur, expressa ne fuerit, vel implicita Dei tentatio. Siquidem certum

est penes omnes, valde gravior crimen esse expressam Dei tentationem quam interpretativam. Lis vero est, num hæc diversitas sit specificæ, aut numerica. Neutra opinio evidens est. Securius ergo in confessione exigenda: eo vel maxime quod iuxta gravissimam sententiam, mihique veram, circumstantiæ intra eandem speciem valde aggravantes sunt in confessione appendende. Quapropter quemlibet teneri asserimus ad manifestationem voti pacti expliciti, vel impliciti, tum tentationis expressæ, vel interpretativæ in sacramentali confessione.

## CAPUT II.

## De sacrilegio, eiusque speciebus.

I. **S**acrilegium est rei sacre violatio. Res sacra dicitur que cultui divino deputata est. Et idem (inquit Angelicus 2. 2. quæst. xcix. art. 1.) *omne illud quod ad irrevocentiam rerum sacrarum pertinet, ad irrevocentiam Dei pertinet, & habet sacrilegii rationem.*

II. Triplex distinguitur sacrilegium D. Th. 2. 2. q. xcix. art. 3. cui subdistinguitur communitur Theologi. Primum est iniuria irrogata personæ sacre, ut Clerico, Monacho, seu Religioso, & Sanctimoniali; aut fornicatio cum personâ voto castitatis obstricta. Secundum spectat locum sacrum, ut Ecclesia, & cæmeterium. Postremum est quod perpetratur contra res sacras, & cultui divino peculiariter dicatas, ut sunt sacramenta, calices, vestes sacris peragendis destinatæ, Sanctorum imagines, & reliquæ &c. Partitionem hæc esse in membra speciei distinctæ, docet ibidem D. Thomas, eique ad hæc communitur Theologi: quia inquit Angelicus, *secundum diversam rationem sanctitatis rerum sacrarum, quibus irrevocentia exhibetur, necesse est quod sacrilegii species distinguantur.* Tanto enim sacrilegium est gravior quanto res sacra, in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem. Attribuitur autem sanctitas & personis sacris, id est divino cultui adiectis, & locis sacris, id est rebus quibusdam aliis sacris. Sanctitas autem loci ordinatur ad sanctitatem hominis qui in loco sacro cultum Deo exhibet. Dicitur enim II. Machabeorum v. Non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit. Et idem generis peccatum est sacrilegium quo peccatur contra personam sacram, quam quo peccatur contra locum sacrum. Quæ D. Thomæ ratio sic breviter perstringitur. *Diverfa est ratio formalis sanctitatis personæ, loci & rei sacre:*

facre: quoniam persona absolute sancta est; locus sanctus dicitur, quod in eo personæ sanctæ resideant, & in eodem Deo cultus exhibetur; sacramenta conferunt sanctitatem personis, & res sacre ordinantur ad sanctitatem. Nec est quod in scholastica disceptatione diutius immoremur.

III. Disputari etiam solet, sit ne partito iustitæ in species atomas, an subalternas. S. Thomas docet hæc sacrilegii species esse infamæ, seu atomas, in quarum qualibet diversi sacrilegii gradus reperiri possunt. Inquit enim in corpore articuli: *Sunt tamen in utraque sacrilegii species diversi gradus secundum differentiam personarum, & locorum sacrorum. Similiter etiam & tertio spectat sacrilegii, que licet etiam res sacras committitur, diversos habet gradus secundum differentiam rerum sacrarum; inter quas sunt nonnulli locum obtinent ipsa sacramenta, quibus homo sanctificatur: quarum præcipuum est eucharisticum sacramentum, quod continet ipsum Christum.* Aliqua ergo peccata, tametsi invicem specie differant, convenire tamen possunt in eadem sacrilegii specie, ut subdit idem Angelicus art. cit. ad 2. *Similiter etiam possibile est, aliqua duo peccata differre specie secundum materiales actus, convenire autem in specie secundum unam rationem formalem sacrilegii; puta si quis Sanctimonialem violaverit verberando, vel contumendo.*

IV. Explicata generica notionem, atque partitionem specificam sacrilegii, reliquum est ut brevissime perstringamus sacrilegia quæ sub qualibet specie continentur. Sub prima specie, que personas sacras spectat, continetur iniuria Clerico, Religioso, Sanctimoniali irrogata: quod quatuor modis accidere valet. I. Si cum modesta persone incrate violenter percutiantur. II. Si ad locum sacrum deducantur. III. Si illidem tributæ, & vestigia absque legitima auctoritate imponantur. IV. Si fornicatio, seu impudicitia cum ipsi personis voto castitatis adstrictis peragatur. Cuiusque enim voti violatio sacrilegium est. Ad hæc quoque sacrilegii speciem pertinet impudicitia perfecta a Confessario cum filia spirituali: quia, inquit D. Thomas in supplem. III. Par. q. lvi. art. 2. ad 8. *per penitentiam contrahitur quoddam fidus inter mulierem, continentem & sacerdotem, spirituali cognationi simile; ut tunc peccet eam carnaliter cognoscens, ut si esset sua filia spiritualis.* Hinc sacrilegium similiter est turpis commixtio cum personâ spiritualiter coniuncta: quæ spiritualis cognatio contrahitur in solemnibus baptismo, & confirmatione inter patris, & baptizatum, confir-

matumque, atque inter patrem, & matrem baptizati, & confirmati.

V. Ad secundam sacrilegii speciem revocantur ea omnia que contra reverentiam loco sacro debitam perpetrantur. Pluribus modis hoc sacrilegium committitur. I. Si quis locum sacrum incendat, intrinsecus, diruat, altaria demoliat. II. Si ab Ecclesia, etiam diruta vel polluta, vel interdicta, & ab eius cœmeteriis, atrii, claustro, & quocumque eiusdem loco non sancto, & quocumque eiusdem legitima auctoritate erectis, ab Episcopo, palatii, & Regularium Conventibus, eorumque ambitu clauso, aliquem hominem quis per vim extrahat. III. Si quis hominem occidat, vel per vim sanguinem effundat humanum; si quis voluntarij pollutionem, sive manifestam, sive occultam, exerceat. IV. Si qui mercatus, negotiationes, & convivia peragant in Ecclesiis, tœnas aperiant, ludos, & turpia colloquia habeant. V. Si quis in Ecclesia fuerit. Disputant tamen Theologi, sit ne sacrilegium furari non facrum, pura criminem, in loco sacro. Verum, omnis Criminalium quorundam desiderij, id tenendum est quod statutum legitimum a Pontifice Ioanne VIII. in cap. *Quisquis* xviii. q. iv. *Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacro de sacro, seu sacrum de non sacro.* Lex perspicua est, quæ nulla solida cludit interpretationem valet. Quicunque ergo diviti in Ecclesia pecunias furto auferat, sacrilegium perpetrat. Si furto iurpantur res tradite Ecclesie, aut in custodiam, aut ad ornatum eiusdem, pariter sacrilegium committitur.

VI. Qui actus internos vitiosos exercet, contractis ne sacrilegij malitiam. Qui extra locum sacrum habet violentiam occidendi, furandi in loco sacro, sacrilegium committit; quia actus interior, & exterior sunt eiusdem speciei. Et hæc opinio communior est. Qui vero in loco sacro constitutus deliberat fornicari, furari, occidere in loco non sacro, a sacrilegio immunis est, eo quod actus ipsi exteriores sacrilegi non sunt. Actibus autem mere internis non violatur sanctitas loci. Hæc opinio valde communis est. Verum, quod loco principij statuit, videlicet actibus internis templi sanctitatem non violari, difficultatem mihi ingerit. Siquidem templum institutum est, ut eo in loco peculiariter cultu Deum adoremus, non magis terno, led postimum interno, ut cum minus animam quam corpus submittamus. Cur ergo qui animum poluit in hoc sacro loco,

loco, sacrilegio non inquinatur? Quare non mihi videtur adeo manifestum esse ut a sacrilegio immunitis sit quicumque five interius five exterius in Ecclesia delinquit.

VII. Tertia species est sacrilegium reale, quo res sacra, a persona, & loco distincta, indigne tractatur. Quae sint res sacrae, iam indicatum est supra: & dividuntur in quatuor veluti gradus: Primum veniunt sacramenta; deinde vasa sacra, imagines sacrae, Sanctorum reliquiae; post ornamenta Ecclesiarum, seu ministrorum, ut sunt calice, vela, & cetera eiusmodi, ut sunt calice, vela, & cetera eorummodi, quarto denique loco collocantur bona mobilia, aut immobilia ministrorum sustentationi deputata, ut decimae, primitiae &c. Quocirca qui sacramenta irreverenter pertractat, ea aut recipiendo, aut ministrando, sacrilegio gravissimum incurrat, aut si quis eadem proiciat, conculeturque. Licet Christus Dominus sit realiter in eucharistia, non ideo tamen indigna eiusdem tractatio dicitur sacrilegium in ipsis personam sanctissimam: quia non est ibi per modum corporis in propria specie, quemadmodum est in caelo. Idcirco indigna eucharistiae tractatio dicitur sacrilegium in rem, non personam. Grave quoque sacrilegium committeret qui vasa sacra adhiberet ad potandum, & velles sacras converteret in propria indumenta, aut indigne scinderet, laceraretque.

VIII. Rur quoque pertinet abusus verborum sacrae Scripturae. Quare qui verba sacra detorqueant ad haerese evulgandas, firmatque, qui eadem profanis cantionibus immiscent, aut eidem abutuntur ad libellos famosos compingendos, ad res profanas exprimendas, sacrilegi sunt. Idem sacrilegiosus seprimit Synodus Trid. his verbis scilicet. *iv. Post haec, remanentem illam reprimere volens, quae ad profana vitiose convertuntur, & torquentur verba, & sententia sacrae Scripturae, ad scurriloscitatem, fabulosa, parva, adulationes, detractiones, suspitiones impiae, & diabolicas imprecationes, derisiones, & diabolicas etiam famosis, mandata, & precipit ad tolerantiam blasphemum irreverentiam, & contemptum, ne de cetero quisquam quomodolibet verba Scripturae sacrae ad haec, & similia audeat usurpare; ut in omnes huius generis homines, imitantes, & violatores verbi Dei iuris, & arbitrii penis per Episcopos coercantur. Quare sacrilegi sunt qui in quibusdam civitatibus, in quibus more fere positum habent sacra verba usurpare ad exprimendos Concionatorum, & altarum personarum defectus; & qui praefatos libellos legunt, distribuuntque, a culpa*

immunes hand sunt. Sacrilegii item rei sunt piores qui sacras imagines indecore, & metreticia nuditate depingunt. Sacrilegio rursus foedantur qui sacras imagines vel reliquias frangunt, dilacerant, aut conterunt.

IX. Omisio quocumque perpetrari sacrilegium valet. Illius sacrilegii rei sunt non raro Sacrilia, dum negligunt debita vigilantia sacra criminata, & eucharistiam culodire, clavibus adhibitis iuxta sacrorum canonum praescripta; dum corporalia, vasa sacra, altaria, vestimenta ecclesiastica nitida, & munda non servant, sed maculata, lurida, sordida, non raro ad incrementum sacrificium peragendum adhibenda porrigunt. Sacrilegii rei itidem sunt si corrupti in pixide sacras particulas negligenter sinant.

X. Est ne sacrilegia omisso receptionis, vel administrationis sacramentorum tempore debito, seu urgente precepto? In utramque partem disputant Theologi. Adfirmant nonnulli, eo quod debita sit sacramentis reverentia: unde qui illam exhibere negligit, sacrilegus dicitur. Probabilior videtur sententia negans: quoniam, dum quis sacramentum non percipit, nullam sacra rei iniuriam irrogat; sed preceptum dumtaxat recipiendi sacramenta transgreditur. Ob hanc rationem qui omittit sacrum die festo, non reputatur sacrilegus: sed precepti tantum violator. Debita utique est sacramentis reverentia ita ut, dum recipiuntur, aut ministrantur, digne & sancte tractentur. Ceterum, dum neque ministrantur, neque suscipiuntur, non apparet ratio cur dicitur sit, eadem indigne tractari.

XI. Quodnam peccatum sit sacrilegium, inquirunt Theologi: & omnes fatentur, & genere suo letale esse; eoque gravius, quo sanctior est res sacra quo violatur. Veniale potest esse aut ob materiam parvitatem, aut propter inconsiderationem. In confessione semper exprimitur est circumstantia sacrilegii.

XII. Poena constituitur in sacrilegii duplici sunt generis. Aliae sunt pecuniariae, aliae spirituales. Poena pecuniariae aut iudicis sententiam non insiguntur. Poena vero spirituales, in quas ipso facto sacrilegi incurrunt, sunt sequentes. Excommunicatio lata in clericorum percussores, item in eos qui immunitatem ecclesiasticam violant, bona Ecclesiae usurpant, tributa imponunt personis ecclesiasticis, easque ad forum laicum deducunt, & tandem in eos qui effringunt Ecclesiae ianus ad res sacras stripiendas. Aliae poenae insiguntur iudicis arbitrio.

C A P U T I I I .

D E B L A S P H E M I A .

Quid, & quotuplex sit blasphemia.

I. V A R I A S blasphemiae definitiones tradunt

Doctores, quae tamen omnes in idem rogiunt, eundemque produnt sensum. D. Augustinus Lib. II. de mor. Manich. cap. xi. proximum habet de blasphemia sermonem, eamque his verbis describit: *Est autem blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque iam vulgo blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere. Pressius eam definit D. Th. 2. 2. q. XIII. art. I. Blasphemia est derogatio divinae bonitatis. Idque bifariam accidit. Primum aspingendo Deo quod nec habet, nec habere potest. Secundo ab eo removendo quo carere nequit. Hoc autem fieri potest vel intellectu tantum, vel simul etiam affectu pravo. Si corde dumtaxat fiat, erit blasphemia cordis; si foras erumpat in verba, erit blasphemia oris. Quando scilicet illud mente solum concipitur, aspingendo vel removendo aliquid a Deo modo dicto, opponitur confessioni fidei infirmi; si addatur improba cordis affectio, opponitur fidei caritate formata.*

II. Advertendum ex Caetano in comment. in hunc art. tripliciter derogari divinae bonitati posse. Primo intellectu tantum, falsa de Deo opinando. Secundo addendo falsae opinionis voluntatis detestationem. Tertio denique sine falsa opinione exercendo solam detestationem voluntatis, ut tere accidit inter Christianos. Deinde blasphemia potest esse cum fide, & sine fide; live ea verbum interius habeat adiunctum, five exterius. Potest enim quis, credens Deum omnipotentem, velle dicere leum, et iniuriam Deo faciat, quod Deus non potest. Tandem peccatum infidelitatis opponitur fidei, blasphemia vero opposita est confessioni fidei, non autem fidei in seipsa. Blasphemia proprie in verbis, scilicet in ipsis consistit. Quod autem D. Paulus inquit ad Tit. I. *Constituentur se velle Deum, factis autem negant;* & D. Petrus Epist. II. cap. II. *Per quos via veritatis blasphematur;* non exprimit blasphemiam prelo acceptam.

III. Communis divisio blasphemiae est in haereticalem, & simplicem. Haereticis est quae mentis assensu Deo aspingit aliquid, vel ab eodem quidquam quod illi convenit, removet: ut si quis effutiat, Deus est iniustus, non est omnipotens, non bonus. Simplex est

quae absque mentis assensu, sed sola voluntatis pravitate aliquid Deo aspingit, vel imprecatur: ut si quis dicat, Maleficus sit Deus. Docere communiter Theologi solent, quod blasphemia haereticis committitur adimittendo, & simpliciter imprecando. Verum advertit, quod blasphemia minime esset haereticis, si quis diceret, Deus est iniustus, quando interiore mentis assensu id minime crederet. Ad haeretic enim requiritur actus intellectus cum pertinacia. Forum exterius reum haeretic talem damnaret: quia reapse exterior prolato haereticis est; & de internis iudicium est solum Deo reservatum. Vix tamen accedere solet, nisi per lubreptionem, quod haereticus aspingentes, Deus est iniustus, est insipiens, sint absque mentis assensu. Ideo sicuti natura sua haereticus sunt, ita fere semper haereticos sunt, & absolute semper contra haereticos reputantur sunt ab illis qui eadem audiunt. Itaque, quando blasphemia est cum fello mentis assensu tantum, habet contentem haereticum, quando est cum voluntatis detestatione tantum, imprecando, optando Deo malum, habet adiunctum odium, quando demum coniungitur cum fello mentis assensu pravis voluntatis affectibus, tunc est blasphemia omnium execrabilissima. Prima opponitur fidei, secunda caritati, tertia fidei humi, & caritati.

IV. Dividitur rursus blasphemia in eam quae est in Deum, & in eam quae est in Sanctos. Illa immediate Deum, haec Sanctos imprecatur. Insuper alia est enumerativa; ut si quis dicat, *Ad iniuriam Dei hoc volo facere: alia detestativa; ut si dicas, Perat Deus: alia irrisoria; ut illa, Vah qui deservit templum Dei; postrema iniurativa; ut dum quis blasphemando iurat, Perat Deus, si ita non est.*

V. Quael. I. *Differt ne specie blasphemia in Deum ab ea quae est in Sanctos?* Resp. Negant Salmas. tract. xxi. cap. III. *punct. 40. n. 124.* pro qua sententia laudant Caetanum, Bannez, Dianam, Sanchez, Azorium, Bonacinum, & alios. Rationem assignant, quod blasphemia peccatum sit religioni oppositum. Religio una est. Ergo una blasphemiae species. Id confirmant paritate iuramenti, quod unus percipit, five per Deum, five per Sanctos iuretur.

VI. Opposita sententia mihi est probabilior. Nam licet una sit virtus religionis, plura tamen vitia specie distincta eidem opponuntur. Porro quod praefate duae blasphemiae species differant, ex definitione ipsius blasphemiae evincitur. Siquidem blasphemia est derogativa

rogatio bonitatis divinae. Porro divina bonitas haec est univoca Deo, & Sanctis; quin bonitas quae est in Deo, pluraquam genere differt a bonitate quae est in Sanctis. Illa infinita est, haec finita; creata haec, increata illa; causa illa, effectus haec. Præterea blasphemia opponitur honori, & cultui qui debetur personae in quam blasphemia iactatur. Sed cultus Dei pluraquam specie differt a cultu omnium creaturarum. Cultus Dei est laetric, cultus Sanctorum est dulcia, & B. Virginis hyperdulcia. Porro hi cultus pluraquam specie differunt. Ergo & blasphemia. Tandem definitio blasphemiae per se primo convenit iniurie quae Deo irrogatur, & secundario iniurie quae fit relictis Sanctis. Hanc defendunt P. Paulus Comitoliensis Lib. IV. quæst. IX. Leander tract. I. q. XIX. ubi pro eadem laudat Sanchez, Aragon, Hurtadum, & alios.

VII. P. Suarez. Tom. I. de Relig. tract. III. Lib. I. cap. VI. n. 10. peroptime addit, quod ut res ista sit, id verum habet in confessione explicandum esse, fuerintne blasphemia in Deum, in Virginem, vel in Sanctos. Hoc latenter etiam laudat Salmanticenses loc. cit. n. 115. cum Sanchez, Bonacina, & aliis. Quare ferenda non est nimia laxitas P. Th. Tamburini hæc scribentis Lib. II. Meth. Confess. cap. III. Quæritur probabiliter sit cum Suarez, & Sanchez, blasphemias contra Deum, contra Beatissimam Virginem, & contra Sanctos, differre specie; tamen, cum probabile sit ex Azorio apud Dianum, non differre, satis erit, si in confessione aperiat numerus blasphemiarum; nec explicare opus erit. C. Iussit contra Deum, vel Beatissimam Virginem, vel contra Sanctos.

#### CAPUT IV.

De gravitate blasphemiae, & de blasphemis ex habitu, & in.

**Q**UÆST. I. Est ne blasphemia genere suo peccatum mortale? Resp. Adfirmat communis leventia. Siquidem blasphemia opponitur divinae bonitati, cuius est derogatio, & caritati in Deum. Quæcumque (inquit Angelicus 2. 2. quæst. XIII. art. 2.) caritati repugnant, ex suo genere sunt peccata mortalia. Blasphemia autem secundum genus suum repugnat caritati divinae, quia derogat divinae bonitati. Confirmat D. Th. inam sententiam sacre Scripture auctoritate: Qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur: Levit. cap. XXIV. Pena autem mortis non

infigitur, nisi ob mortale flagitium. Numquam ergo ex parte materiae blasphemia erit peccatum veniale, eo quod materia illæ parvitas gradus minime excipiat; quamquam blasphemia una in genere mortalis lecleris gravior altera sit. D. Augustinus Lib. contra mendacium cap. XIX. hæc de blasphemia scribit. Peius est blasphemare quam peccare: quoniam peccando falsa rei adhibetur testis Deus; blasphemando autem de ipso falsa testitur Deo. Tantum autem est quisque inexcusabilior, si ve peritius, si ve peiusquam pluraquam magis ea que peccando, vel blasphemando essent, falsa nocerent esse, vel credunt.

II. D. Ioannes Chrysostomus hom. xcv. in Flailm. Nihil magis imptum quam adversus Deum blasphemia: & in illud Apostoli, Modico vino utere, T. ad Tim. cap. v. Blasphemia nihil peius. Nullum gratiarum actio- nis par bonum. D. Antonius II. Part. tit. VIII. cap. VII. Blasphemia, inquit, est gravissimum peccatum. Et ratio est secundum Thomam, quia blasphemia opponitur confessioni fidei, & ideo habet gravitatem infidelitatis; & aggravatur, si superveniat detestatio voluntatis; & adhuc magis, si pronuntietur in verba, sicut laus fidei augetur per confessionem, & dilectionem. Unde, cum infidelitas sit maximum peccatum secundum genus suum, ita etiam blasphemia. Unde & glossa Ista XVIII. dicit, quod omne peccatum blasphemia comparatum levius est, & quantum quidem ad obiecta peccati gravius est quam homicidium: quia blasphemia est directe contra Deum, homicidium contra proximum.

III. Quæst. II. Est ne blasphemia peccatum omnium maximum? Resp. Salmanticenses tract. XXI. cap. III. punct. 10. n. 122. negant genere suo blasphemiam esse peccatum gravissimum; docentque esse levius hæresis, odio Dei, & deperationis; & hæc opinionem continent esse D. Thomæ, atque Theologorum communem. Quod iudicio meo dicendum sit, patet aperiam.

IV. Blasphemia perfecta, quæ errorem habet intellectus, & Dei odium, si ve divine bonitatis detestationem, est omnium maximum scelus: quoniam lub hæc consideratio opponitur fidei, & caritati. Blasphemia quæ oritur ex Dei odio, quamvis errorem hæresis non includat, est hæresis peior. Quippe propria est damnatorum, & opponitur caritati, ac laudi divinae: caritas autem perfectior est fide informi. Postremo blasphemia genere suo ipsa hæresis gravior est. Quia licet non habeat saltem intellectus af-

fen-

sentionem habet tamen pravam erga Deum voluntatem, & includit infidelitatem, eamque auget, ut docet D. Thomas art. 3. Blasphemia ... habet in se gravitatem infidelitatis: & aggravatur peccatum, si superveniat detestatio voluntatis; & adhuc magis, si pronuntietur in verba; sicut & laus fidei augetur per dilectionem, & confessionem. Unde cum infidelitas sit maximum peccatum, secundum suum genus, sequens est quod etiam blasphemia fit peccatum maximum ad idem genus pertinet, & ipsum aggravans. Loquitur hic D. Thomas de blasphemia secundum genus suum. Sententiam hæc defendunt D. Antonius loc. cit. Navarrus in Sum. cap. XII. num. 81. Tabiena verb. Blasphemia num. 3. Armilla verb. Blasphemia num. 3. Comitoliensis Lib. IV. quæst. IX. cap. v.

V. Quæst. III. Peccat ne qui ex inveterata consuetudine, & habitu pravo blasphemat? Resp. Laxitas quorundam Casuistarum in hac questione hororem ingerit. P. Thomas Tamburinus Lib. II. in Decal. cap. VI. §. 4. num. 17. hæc scribit: Verba contra Deum in ebrietate, vel phrenesi, vel ex inadvertentia oria ex inveterata consuetudine, blasphemia nequaquam sunt. Idem docet Lib. III. Meth. Confess. cap. III. §. 3. num. 22.

VI. Hanc Tamburini laxissimam opinionem exhibuit, & docet Leander a SS. Sacramento tract. I. de iuram. disp. v. quæst. XVII. his verbis. Qui ex habitu blasphemat absque plena, & sufficienti advertentia ad peccatum mortale, tunc non committit novum peccatum mortale, sed solum peccavit in causa, quatenus non abstulit consuetudinem, ad quam advertit. Laudat pro hac opinione Bonaciam, Fillucium, Toletum, Sanchez, Tamburinum, & alios.

VII. Quæst. IV. Peccat ne mortaliter qui inadvertenter blasphemat, si quæ sit habitualiter dispositus est, ut etiam si adverteret, blasphemaret? Resp. Audi Leandrum loc. cit. summa, atque horrenda laxitate probabiliter. Nove adhibende sunt voces ad inaudium exprimentum doctrinæ genus. Probabiliter (sedum probabiliter) respondeo, nec illam peccare mortaliter actu in propositio casu. Nam ut quis actu peccet, novumque peccatum committat, non sufficit quod sit habitualiter dispositus, & proclivo ad peccandum; sed requiritur necessario quod actualiter, & in actu secundo sit: quia Deus, inquit S. Augustinus contra Semipelagianos, non imputat nobis quod faceremus, si hoc vel illud occurreret; sed quod actu facimus. Alioquin homines delicti luxu-

ria, vel avaritia, qui data opportunitate consensum præbent his peccatis, semper actualiter peccarent, quod omnino est falsum. Citerat pro hac sua laxa opinione Valentiam, Sanchez, Fillucium, Laimanum, Trullenchum & alios. Vide nostram secundam Epistolam Theologico-Moralem, & Decretum S. Officii contra librum iunioris cuiusdam, continentem propositiones falsas & scandalositas, quæ, ut ego quidem arborum, virum ille quæ propignant tactus manillares, & blasphemias ex inveterata consuetudine prolatas quæ novum committatur peccatum. Adversarii crimini mihi verterunt, quod dixerim: Audi Leandrum summa, & horrenda laxitate probabiliter. An non horrenda & summa laxitas hæc, quam Leander docet? Sed ubi aequitas oppolitorum, qui mea apertè verba obrudunt, & laxissimam opinionem silentio obvolvunt?

VIII. Quis hæc legere, aut exscribere valet, quin commoveatur, & exandecat? Vitio ne vertendum, si ut odium in familia monstra concitemus, verbis aliquantulum অপরিবৃত, amarulentique usufruamus? Hæc quippe non tam consultatione, quam detestatione relicienda sunt. Auctor iste, ut iustitiam velum obtenderet, patrum advocat Augustinum; & tanto Doctore tam monitorem errorum impingere non erubescit. Quod illud pertinet hæresis Semipelagianorum de peccatis conditionatis? Hæcine bona fides in Patribus laudandis, nullo indicio nec verbo, nec loco? Sermo ne in præsens est de futuris conditionatis? Nonne quædam propositio est de eo qui actu blasphemat ex habitu inadvertenter? Qui ex inveterata libidine fornicatur inadvertenter, non quid a fornicationis ream liber est? Quis ergo effudit, hinc consequtur luxurie deditum hominem semper actualiter peccare, quia data opportunitate consensum præberet? Anne dicimus nos, peccare actu illum qui spiritu blasphemie animatus in blasphemiam non erumpit?

IX. Paucis ergo quæstionculæ respondeamus, reum esse blasphemie qui ex habitu, per penitentiam non sublato, seu retractato, verba profert blasphemata, quamquam inconsiderate, & inadvertenter. Quoniam inconsiderata blasphemie prolatio voluntaria est in illa habituali dispositione ad blasphemandum, etiam si adverteret. Peccatum ergo haud est conditionatum, sed abolutum: & voluntarium adeo indirectum, atque interpertratum, ut de schola loquuntur Theologi. Porro ad peccandum satis est voluntarium

rium indirectum. Igitur qui assuetus est blasphemis, nec conatur consuetudinem evellere, peccat, quamvis non intelligat se blasphemare. Scilicet qui habitu pravo devinctus est, canique non detestatur, implicitam habet deliberationem. Peccat ergo peccatum mortiferum, quoties blasphemat; tamen ad blasphemiam animum non advertat vel iracundie impetum, vel ob eundem habitum propensionem. Qui vero non est assuetus blasphemare, si ex lapsu lingue verbum proferat blasphemum, ad sentium verborum non advertendo, ita quod si adverteret, certo talia verba non proferret; non peccabit, saltem graviter, quia tunc blasphemia crit solummodo materialis. Quem habitus blasphemandi pœnitit, quique laborat pro extirpanda consuetudine, si nulla prœvia cognitione in blasphemiam incidat, leviter tantum peccabit.

X. Quæst. V. *Blasphemia ioco prolata esse peccatum mortiferum?* Resp. Communis sententia distinctione utitur. Si iocus non auferat a blasphemia rationem contumeliam, aut irreverentiam in Deum, semper erit peccatum mortiferum. Si iocus eiusmodi sit, quod omnibus expensis tollat a blasphemia rationem convicii, & contumeliam in Deum, tunc non erit peccatum mortale. Sic docet Leander q. xiv. pro qua opinione citat *Castropalatum, Tamburinum, Bassium, Sanchez, & alios.*

XI. Iamvis, satilique est mihi distinctio isthæc. Anne iocandum, nugandumque cum Deo, & contra Deum est, ac solatii causa in ipsum blasphemia verba eructanda? Qui fieri potest ut iocus blasphemiam exeat omni contumeliam, conviciique reatu in maiestatem divinam? Quin iocus non minuit, sed auget blasphemis iniquitatem: etenim mea sententia qui deliberato animo ioci causa blasphemiam verba proferat, ut alia passione blasphemat. Quid quippe sceleratus in mentem venire potest quam sola iocandi gratia infinitum Dei maiestatem verbis blasphemis, & contumeliosis concindere? Quid vero a ratione tam alienum quam dicere, blasphemias, & convicia in Deum, quia ioco prolata, culpam reatum minuire? Hæc mihi vera sunt, dum quis deliberato animo veram blasphemiam in Deum contorqueat. Secus dicendum, dum quis verba proferat, que licet pressè accepta blasphemiam redeolent, iuxta tamen sensum commune blasphemiam non sunt; ut dum homines aliquam feminam *deam*, sicutque *diavolam* appellant. Quamvis enim attribere crea-

turis quod Deo tantum convenit, blasphemia sit enormis; eiusmodi nihilominus locutiones tantquam hyperbolicæ ab omnibus habentur, nulloque modo blasphemie reputantur. Ab eis tamen abolendum hominibus est, eoique pudere deberet infimum omnium rationalium animal tali nomenclatura insignire.

XII. Aliam Leandri laxitatem confutare iuvat, potissimum quia eandem affingit D. Thome. Hæc porro scribit Auctor iste q. xvi. *Si vero blasphemet aliquantulum, iudicium rationis sequendo, non tamen plenum, & omnino deliberatum, tunc peccabit, sed solum venialiter, etiam casu quo ineliberato orta fuerit ex causa iniusta, & illicita. Sic Navarrus ex S. Thoma 2. 2. q. xlii. art. 2. Leander imponit tum Navarro, tum D. Th. Navarrus quippe loquitur de eo qui ex ira, omnem prævertente rationem, blasphemat, & pro hac opinione laudat D. Thomam; secus de eo qui advertens aliquo modo se blasphemare, reprimere linguam negligit: tunc enim non negligentiam reprimendi linguam, advertentique in re adeo gravi, & ob defectum auferendi causam illicitam inconsiderationis, graviter peccat, ut dictum supra est.*

CAPUT V.

*De variis blasphemandi formalis in Deum, & Sanctos.*

I. Urare pro falsos deos, per Iovem, per Mercurium &c. blasphemia est: quia cultus Deo soli, aut Sanctis propter Deum debitus, tribuitur falsis diis, & demonibus. Qui vero ioci causa, & animo deridendi, non colendi falsos deos, iurat per Iovem, non blasphemat, nec culpam perpetrat. Blasphemiam verba sunt illa quibus fides, seu ea que fide divina credenda sunt, negantur; ut, dum quis dicit: *Renego Deum, sacramenta, Mariæ virginitatem &c.* Blasphemiam quoque sunt ex omnes que derogant divinæ omnipotentie; ut dum quis effudit, *Velit, nolit Deus, hoc fiet; vulgo, al dispetto di Dio.* Laudare Deum verbis obscenis, aut per Christi, Sanctiorumque membra pudenda iurare, blasphemie sunt. Iurare vero per membra honesta Christi, ut per caput, pro corpus, non est blasphemia. Et quia Christus Deus est, abolire iuramenta Christianorum, per caput, per Corpus Dei, non sunt blasphemiam: quia sciunt, creduntque Christum esse Deum. Atamen, quia scandalii plena sunt eiusmodi iuramenta, potissimum infidelibus;

& quia

& quia vix unquam eiusmodi præcisiones fiunt ab iis qui iurant; ideo levissimè increpandi sunt eiusmodi iuratores, arcendique a sacramentis, donec sese emendaverint. Maxime vero tanquam blasphemii habendi illi sunt qui indignabundi exclamant, *O sanguis di Dio! o corpo di Dio!* Et quamquam Casuliste distinguunt indignationem in Deum ab ea que est in hominem quem alloquuntur iurantes; & quod in primo, locus in secundæ casu blasphemiam sit: attamen mihi certius est quod absolute eiusmodi iuratores, tanquam blasphemii, habendi sint. Quod etiam docet P. Suarez Tom. I. de Relig. tract. III. Lib. I. cap. vi.

II. Blasphemiam itidem est diabolum enuntiare omnipotentem, aut sanctum. Amatam puellam deam vocitare, ut iam diximus, communitur non est blasphemiam: quia reapse deitas eidem non tribuitur: indigna tamen locutiones istæ sunt. A blasphemiam quoque reatu immunia sunt hæc verba: *Sub hoc fato natus sum; sic erat in factis; sic futurum erat:*

III. Quæst. II. *Qui blasphemum iurat, est ne blasphemus?* Resp. Adfirmat aliter. Sed contraria sententia vera est, quam tradit D. Th. 2. 2. quæst. xlii. art. 3. ad 2. *Qui peccat, non dicit, aut sentit aliquid falsum de Deo, sicut blasphemus; sed Deum adhibere testem falsitatis, non tanquam æstimans Deum esse falsum testem, sed tanquam sperans quod Deus super hoc non resistet per aliquod evidens signum.*

IV. Quæst. III. *Qui eodem impetu iracundia profert plures blasphemias, unum ne, an multiplex peccatum committit?* Resp. P. Leander de more absolute probabilissimè asserit, hunc blasphemum iuratum unum duntaxat perpetrare peccatum: laudatque plures Auctores, & tandem concludit: *Ubi de hac materia sapientissimum, & amicissimum Amadeum Guimenum tract. de parit. prop. 7. Videt Casulistarum eloquentiam in reciprocis elogiis; Libellum extollit P. Leander laxitatis, erroribus; impoliturique plenus, toties a sancta Sede anathemate lato confixum. Ad questionem respondeo, expendens esse circumstantias temporis, personæ, consuetudinis blasphemandi. Si enim ira sit diuturna, puta per quadrantem, in quo blasphemus valeat advertere, posthinc, si velit, iram comprimere: quis ambigit plura esse peccata? Verum quæstio isthæc levioris momenti est. Propterea enim factum est ut blasphemus explicet temporis diuturnitatem, animi furentis impetus blasphemos, & consuetudinem blasphemiam.*

## CAPUT VI.

De penis in blasphemias constitutis, & de eorum iudiciis.

**I.** IN veteri lege capitis poena plebatur blasphemii. *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit.* Lev. xxiv. Pariter us civile commune ultimo supplicio puniendus blasphemus omnes deseruit. Quamvis leges istae, ad hanc quod attinet ultimam capitis poenam, deuservit evanuerunt; tamen regna, & principatus omnes gravissimis suppliciis plebatur blasphemus solent. Alicubi plebei blasphemii primum vapulant verberibus, post sero candenti eorum labia signantur, tertio lingua illorum praeciduntur. Alibi publica defensionis, & infamiae blasphemii exponuntur. Ius canonicum cap. Statuimus de maledictis, blasphemos septem diebus dominicis ante fores Ecclesiae aditare iubet, dum sacra peraguntur, ultimoque die dominico, pallioposito, nudis pedibus, ligatos corrigia circa collum, publico aspectui sese exhibere: & septem lexis feris, antequam ingrediantur Ecclesiam, in pane, & aqua ieiunare. Quae si praestare neglexerint, & viventes ab ingressu Ecclesiae prohibentur, & post obitum ecclesiastica sepultura priventur. Concilium Lateranense sess. ix. cap. Ad abolendam, Clericos blasphemos prima vice unius anni fructuum beneficii mulctam plebatur: postea eos a beneficio repellit: tandem eisdem inhabiles declarat ad ecclesiasticos quoscumque proventus. Laicis vero nobilibus prima vice viginti, secunda quinquaginta ducatorum multam imponit, postremo nobilitate deiectionis pronuntiat. Plebei qui bis blasphemaverint, ante fores Ecclesiae, ignominiosa mitra capiti imposta, aditare debent. Si vero assueti blasphemis fuerint, ad trimeses, aut carceres damnantur.

**II.** Quasi. I. *Qui blasphemus audit, astringitur ne eisdem ad iudicem deservat.* Resp. Adfirmat communis sententia: idque praecipit & Iulius III. in sua constitutione, cuius initium est *In multis*, & Concilium Lateranense hoc. cit. his verbis: *Quicumque blasphemantem audiverit, eum verbis acriter obiurgare tenetur, si extra periculum factum id fieri posse contingat, eumque deservat, vel noscitur apud iudicem ecclesiasticum, vel laicum in tria triduum debent, quod, si plures dictum blasphemantem simul audiverint, singuli eum acculare tenentur; nisi forte omnes convenerint,*

*ut unus pro cunctis tali officio fungatur.* Plura hic dicenda occurrerent super hac denuntiatione; quae tamen lubet ad alium locum remittere. Illud dumtaxat urgebo, cuique magis tam esse fraternam correctionem; atque, si haec satis non sit, dicendum Ecclesiae. Correctionem saepius omittimus vel ob profectus desperationem, vel carnalis prudentiae obtentu. Prudentia opus esse non inficior in corrigendis fratribus; sed simul cavendum moneo ne amor terrenarum rerum, mundani respectus, & commoditatum rationes larvam induant christianae prudentiae. Si audis blasphemum ira percitum, post sedatam iram illum corrippe. Aliquando correctio illico fieri debet, blasphemantis qualitate inspecta. Si blasphemiae haereticales fuerint, iudici denuntiationis sunt, ut pontificis preceptis satisfatis. Iudices porro haereticum aut Inquisitores sunt, aut Episcopi. Verum de hoc plura suo loco.

**III.** Quasi. II. *Quomodo se gerere debeat Confessarius cum blasphemis?* Resp. Si blasphemiae sint simplices, ad eisdem valet Confessarius poenitentem absolvere: quae praestata blasphemiae committitur non sunt reservatae. Potest tamen Episcopus has quoque blasphemias simplices reservare; quae reservatione posita, nequit Confessarius absolutionem impertiri.

**IV.** Blasphemiam quandoque est haereticam, quatenus verba prolata haereticum prodant; & tamen blasphemus nullum internum errorem, dum eam evomuit, in mente habuit: ideo in hoc casu communis sententia docet, in foro interiori posse Confessarium regularem absolovere poenitentem sicut a sortilegio, a magia, a maleficio, dummodo error in mente non fuerit. Quae de re vide Salmanticensis tract. xxi. c. 111. punct. 10. n. 131. Verum de hoc in tractatu de poenitentia.

**V.** Quasi. III. *Quam poenam imponere Confessarius blasphemis poenitentibus debeat?* Resp. Concilium Lateranense statuit, blasphemos absolvendos non esse, nisi gravissima poenitentia a Confessariis imposta. Haec sunt verba Concilii sess. ix. §. Ad abolendam: *In foro poenitentis nemo blasphemus tenet absque gravissima, severi Confessarii arbitrio iniuncta, poenitentia posse absolvi.* Respondent recentiores Probabiliter, hoc decretum haud esse nisi receptum. Idque verum habet. Si enim gravissimis poenis subsisterentur blasphemii, ut Concilium praecipit, & sequitas iudicii postulat, non adeo frequenter sanctum Dei nomen blasphemaretur. At, quia Confessarii non pauci, sicut a ceteris flagitiis, ita a blas-

blasphemiarum criminibus, levi iniuncta satisfactione, fidos poenitentes absolvunt; ideo scelera cuiusque generis grassantur, atque inundant terram omnem. Verum aliud est quod decretum praefatum non sit nisi receptum, seu quod reapse Casuiste, & Confessarii non pauci iuxta illius praescriptum severissimas poenitentias blasphemis minime imponant: aliud est quod decretum illud obloleverit. Hoc nos negamus contra Leanderum disp. v. g. lxvii. Salmanticensis tract. xxi. cap. 11. punct. 10. n. 132. Castroपालम disp. 11. punct. 2. §. 9. n. 2. Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxvii. n. 44. alioque plures. Si ad his quaeratur, cur hoc decretum non vigeat, non servetur; respondent, quia non est uti receptum. Haec est unica eorum ratio: quae si confiteretur, actum esset conclamatumque de omnibus legibus, quae usui, seu executione a transgressoribus non recipiuntur. Nonne quoque gravior est Dei offensio, eo gravior esse debet poenitentia, & satisfactio? Nonne Tridentinum Concilium praecipit, ut pro criminum qualitate poenitentiae iniungantur? Cum blasphemiam sit gravissimum scelus, cur blasphemis hominibus gravissima poenitentia, ut Concilium iubet, imponi non debet? Lex cum divina, tum naturalis hanc proportionem aequalitatem praescribit. Vides, christiane Lector, quo tendat benignitas Casuistarum? Praescriptioni, & deturbandi obnoxias facit vel ipsas divinas, naturalisque leges. Apagat tam crudeliter benignitatem. Caveant ergo Confessarii absolutionem impertiri, quia dignis poenis poenitentes blasphemos subiciant.

**VI.** Quasi. IV. *Qui consuetudine blasphemant tenentur, debent ne absolvi, antequam a consuetudine prava recesserint?* Resp. Adfirmat de more Leander disp. v. g. lxvii. probabilis fide esse absolvendos blasphemos, si vere de peccatis doleant, tamen saepius admoniti non respiciant: & pro hac sua opinione laudat Sanchez Castroपालम, Harardum, Trullenchum, & alios. Quam sit opinio illaeh laxa, nemo non videt. Laxitatis notam omnem le effugere credunt, dum dicunt: Si vere de perpetratis blasphemis doleant. At quo fundamento praesumere potes, poenitentem sincero affici dolore, si, repetita admonitione sprete, ad meliorem frugem minime se receperit, nullumque emendationis argumentum exhibere linguam curaverint. Perpendat: num cohibere mandaverint re-

media quae blasphemis pro emendatione ab aliis Confessariis praescripta fuerint. Si profectum, si studium emendationis in poenitente perpexerit, absolvere eum poterit. Si levis, differat abolitionem, & remedia, quibus a blasphemis se abstinere poenitens, rursus intingat. In veterata consuetudine momentis temporis extirpari poenitus nequit. Paulatim ergo debet infringi, & interrumpi, ut tandem, diligentia maxima adhibita, omnino evellatur. Eleemosynam, si conditio poenitentis permittat, toties faciendam statim praescribat, quoties ipsum blasphemare congerit; vel tot cruce lingua lupum nudam humum signandas, aliamve similem, aut alperiores poenitentiam imponat. Hac via si poenitentes vere doleant, cito sese emendabunt: sic unius, aut alterius hebdomadae spatio sese emendatam quisque reperit. Recentia Leanderi, & aliorum lententia praescripta est ab Innocentio XI. in hac propositione: *Paenitentibus habent consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturae, aut Ecclesiae, licet emendationis spes nulla appareat, nec est deponenda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.* Iuniores Casuiste nostri, ut consulant laudatis Theologis, de more clamitantur, aut ab aliis Theologis familia doceri (quod si verum est, & illi reiiciendi sunt) aut minus sincerissimum opinionones relatas esse. Quam cautionem valde rancidulam perit ut ridiculam propulsumus.

**VII.** Verum plura de hoc, dum de occasione proxima sermo erit. Ea nunc indicabo quae docet Comitolus Lib. IV. cap. ix. g. ix. Primum poenitentes suos blasphemis in Deum, & in B. Virginem almetos, triginta, quadraginta vicibus plus minusve, genuibus flexis & nudis, terra tacta, recitare cogebat ille septem psalmos poenitentiales, & litanias cum precibus. Praecipiebatur eisdem decies a Deo, & B. Virgine Sanctaeque virginiam supplices petere; decies singulis diebus cruce lingua designare in terra, postquam decies percutere. Haec, & familia blasphemis imponere Confessarii poterunt, ut blasphemos a blasphemandi consuetudine exolvant. Si divites sint, pro singulis blasphemis, aut penurios viginti solidos in eleemosynam dare iubeant. Si pauperes, viginti crucibus lingua in terra designatis, ad tres precas recitandas obligent. His aut similibus modis adversus pessimum blasphemandi vitium erit aliquo pacto consultum.